1192

quorumdam per se submissasque quasvis personas tam in toto quam
in minima parte praepedire et adimere sub vadio septuaginta
florenorum pecuniae monetae Poloniae praeterea se cum successoribus in bo-
nis suis omnibus obligat et inscribit praesens inscriptionem ex his a-
ctis ad acta terrestria Premisliensia pro primis terminis tribus Premisli-
ensibus seu prima actorum eorundem terminorum Premisliensium iudiciaria posi-
tione quod horum prius fuerit celebratum transferre et trans-
portare sub vadio septuaginta florenorum pecuniae monetae Poloniae
in defectu transportationis eiusdem inscriptionis ad solvendum totum quod
opus fuerit succumbens pro quibusquidem vadio seu vadiis ex
quacumque re et causa succubitur et succumbens quoniam se praenomina-
tus Paulus Rogoziński cum successoribus suis praefatus Stupnicki
aut eius posteris cessare permiserit totum recedens a terris di-
strictibus iuribusque suis quibusvis propriis ac foro competen-
tibus renuntiavit coram praesenti castrensi Premisliensi officio cui se actus pre-
sentis respectu cum successoribus bonisque omnibus ultro incorpo-
rat semper in primo citationis termino tanquam peremptorio stare pa-
rere respondere ac loco responsionis pro praefatis vadiis seu
vadiis ab officio non recedens re ipsa satisfacere decretumque et
adiudicatum pati tenebitur et successores eius tenebuntur totum quod
opus fuerit nulla praescriptione terminorum in praemissis obstante terminum
ipsum primum peremptorium et alios subsequentes nulla re exquisita
nec colore excogitato neque iudicialiter neque extraiudicialiter vera vel simpli-
ci infirmitatibus actione pro maiori incursu hostium extra pe-
stifera loca restitutionis statutis et constitutionibus laudatis et laudandis
Evocationis de terra et districtu minorem nitteque successorum dif-
ferendi prolongandi atque se excipiendi immo se cum successoribus
omnibus iuris remediis motionibus appellationibus earumque per adat-
tationes prosequutionibus evasionibus praescriptionibus suspensionibus
panis terrestrium Marcarum Dilinensium ad quietationem ac legalibus
quibusvis impedimentis renuntiavit et abdicavit et gratulavit
sibi cum successoribus suis in auxilium contra praesentem inscriptionem
eiusque defectum recipiendi suae et suorum successorum subamissio-
ne totius causae vel litis praefati vadii et vadiorum quo
vel quibus solutis utique inscriptionem praesentem et omnibus eius contentis satis-
facere cum successoribus suis tenebitur totum quod opus fuerit
nulla praescriptione terminorum in praemissis obstante quod memoriae firmatum est

Bilinszczi Quietant Fratrem

1193

Comparentes praesentes coram officio et actis praesentibus castrensibus Capitulis Pre-
misliensibus nobilis ac religiosus Jaczko Pop et Freytho Bilinszczy-
filii olim nobilis Iwan Tharasz Bilinszki a terris districti-
bus iuribusque suis quibusvis propriis ac foro competentibus recede-
ndo huic vero praesenti castrensi Premisliensi iurisdictioni se cum suc-
cessoribus bonisque suis omnibus quo ad hunc actum attinet incorpo-
rando et subiiciendo sani mente et corpore existentes palam publice
libere perexpressumque recognoverunt quia ipsi habent vis cessi-
onis a nobili Wasko Luczki Dasshotnicz acquisitum eidem Lucz-
ki vigore inscriptionis terrestris Premisliensis obligatoriae per nobilem
olim Iwan Tharasz Bilinski praesentem eorum coram iudicio et a-
ctis tribus Premisliensibus factae et recognitae sumen qua in sorte
mediante ipso olim Iwan Bilinszki Tharasz pro ipsorum certa bo-
na sua hereditaria in villa Magna Bilina consistente in summa
viginti Marcarum pecuniae monetae Poloniae memorat Luczki obliga-
verat vigore eius iuris acquisiti ipsi eadem bona hucusque
possidebant nobilem Iwan Bilinski fratrem suum germanum obsu-
fficienti satisfactionem summaque eiusdem viginti Marcarum pecuniae
monetae Poloniae quantum ad sortem et interesse illius ex ea pertine-
bat plenaria et omnimoda persolutione quietant liberumque
ac immunem faciunt et pronuntiant perpetuis temporibus ipsique
Iwan Bilinszki fratri suo germano de sorte agri praefatorum
bonorum ipsum iure divino et naturali post parentes eius prout
et eosdem concernentes condescendunt libereque dimittunt si-
nisque successoribus ratione praemissorum perpetuum imponen-
tes silentium quod memoriae firmatum est

Bilinszki Pop Donat alio

Coram officio et actis praesentibus castrensibus Capitulis Premisliensibus praesentes
stans nobilis ac religiosus Jaczko Pop Bilinski a ter-
ris districtibus iuribusque suis quibusvis propriis ac fo-
ro competentibus recedens huic vero praesenti castrensi Premisliensi